Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



192a

diuersis diciis & uoluptatib: homines oblectantur. & unusquisq: in eam uult
domo habitare. ubi non habeat quod offendat animum. & habeat multa
quae delectent. si autem subrubantur & quae delectabant. uult homo un
decumq: migrare; interrogemus quasi curiosius. & dicat iste quid ipsi
quid facturus. ē. in illa domo ubi optat & cupit. & desiderat. & hoc unum pe
tat dno habitare in ea. omnes dies uitae suae; quid ibi agis quaesoro. quid. ē.
quod desideras. aut aliquid, ut contempler delectationem dni; Ecce quod amo:
ecce quare uolui habitare in domo dni. omnes dies uitae meae; habebimus
unum spectaculum: delectationem ipsius dni contemplari uult. sin tranoctet
suauitatem in luce ipsius. tunc enim erit mane nostrum nocte transacta.
unde alio loco psalmus dicit. Mane adstabo tibi. & contemplabor; modo
ideo non contemplor. tunc adstabo & contemplabor. quia cecidi; haec uox
humana. ē. cecidit enim homo. & non miseretur quis erigere. nisi cecidis
simus; nos cecidimus: ille descendit. ille ascendit. nos leuamur. quia ne
mo ascendit. nisi qui descendit; qui ut leuatur: qui descendit ascendit.
& non ideo desperemus. Qui alle solus ascendit; leuat enim nos ad quos ca
dentes descendit. & stabimus & contemplabimur. magna delectation.
fruemur; Ecce dixi hoc & exclamastis desiderio quodam spectei. non
dum uisae excedat corum omnia uisata. excedat intentio uniuersas
cogitationes uras sollemnes ex carne edutas a sensib: carnis. imagi
nantes. nescio quas phantasmata. totum animo reicite. quic quid
occurrerit negate. cognoscite infirmitatem cordis uri. & quia uel
occurrerit quod cogitare possitis dicite non. ē. illud. nonenim si
illud. ē. &c. mihi iam occurrisset; tradesiderabitis. quod dam bonum
quale bonum omnis boni. bonum. unde omne bonum. bonum. quo
non addatur quid sed ipsum bonum; dicitur enim bonus homo. &
bonus ager. & bona domus. & bonum animal. & bona arbor. & bo
num corpus. & bona anima. adiunxisti quotiens dixisti bonum. est bo
num. simplex ipsum bonum quo cuncta sunt bona; ipsa. ē. delec
tatio dni. hanc contemplabimur. Iam uid. & ess: si nos delectant
bona. ista quae appellantur bona. si nos delectant bona. quae non
sunt ps bona. omnia enim mutabilia. non sunt ps bona. Qua
lis erit contemplatio incommutabilis boni dni. semper eodem modo
manentis. Quando quidem ista. quae dicuntur bona. nullo pacto
nos delectarent. nisi essent bona. nec alio pacto essent bona.